



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Et Docta Divi Alchimi Aviti Viennensis  
Archiepiscopi, & Claudij Marij Victoris Oratoris  
Massilie[n]sis, poëmata, aliaq[ue] non poenitenda**

**Avitus, Alcimus Ecdicius  
Marius Victor, Claudius**

**Lvgdvni, 1536**

Capvt II.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12149**

D. ALCHIMI AVITI

*Terra & Vndiq̄ collectis discreuerat arida lymphis,*  
*aquarū diui Littoribus pontum constringens, flumina ripis,*  
*fio.gene.2.* *Et proprias monstrans educto lumine formas,*  
*Cedebat iam obscura dies: uarioq̄ colore*  
*Plurima distinctum pingebat gratia mundum:*  
*Solis et lune Temporibus sortita uices; tum lumina cœlo*  
*creatio.Ge.1. Fulsero, alterno solis lunæq̄ meatu.*  
*Quin et sidereus nocturno tempore candor*  
*Temperat horrentes astrorū luce tenebras.*  
*Omnii ger= Actutum suaui producens omnia foetu,*  
*munatiū crea Pulchra repente uestita est gramine tellus.*  
*tio.Gene.1. Ipse dixit & Accepere genus sine germine iussa creari:*  
*facta sunt mā Et semen uoluisse fuit. Sic ubere uerbi*  
*dauit et crea Frondescunt syluæ: teneris radicibus arbor*  
*ta sunt. Durauit uastos paruo sub tempore ramos.*  
*psal.148.*

C A P V T

II.

*Brutorū crea P Rotinus in uarias animalia multa figuræ*  
*tio.Gene.1. Surgūt, & uacuū discurrunt bruta per orbē.*  
*Arium crea Elatæ in cœlum uolucres, motuq̄ citato*  
*tio . Gene.1. Pendentes secuere uias, et in aere fudo*  
*Præpetibus librant mēbrorum pondera pennis.*  
*Piscium crea Post etiam clausi uasto sub gurgite pisces*  
*tio, Gene.1. Respirant lymphis, flatusq̄ sub equore ducunt:*

L I B E R P R I M V S

Quæcūq; negant nobis, illis dant humida uitam.  
Nec minus in pelago uiuiscunt grandia cete:  
Accipiuntcūq; cauis habitacula digna latebris.  
Et quæ monstra solet rarus producere pontus  
Aptat ad informes condens solertia formas.  
Quodcūq; hominum falso credit mēs nescia fœdū  
Per propriam speciem natura iudice pulchrū est

C A P V T

III.

Ergo Vbi completis fulserunt omnia rebus  
Ornatucūq; suo perfectus constitit orbis:  
Tum pater omnipotens eterno lumine letum  
Contulit ad terras sublimi ex ethere uultum  
Illustrans quodcunq; uidet; placet ipsa tuenti  
Artifici factura suo, laudatcūq; creator  
Dispositū pulchro quē condidit ordine mundū.  
Tum demum tali sapientia uoce locuta est,  
En preclara nitet mundano machina cultu.  
Et tamen impletum perfectis omnibus orbem  
Quid iuuat ulterius nullo cultore teneri?  
Ergo longa nouam ne fœdent ocia terram,  
Nunc formetur homo, summi quē tāgat imago  
Numinis, et nostram, celso donatus honore,  
Induat interius formosa mente figuram,

Vidit deus cū  
et a quæ sece-  
rat & erant  
valde bona.  
Genes. 1.

Faciamus ho  
mū ad ima  
ginē & simū  
litudinē no  
stram. Gen. 1

b ~ Hunc